



IN INSIGNIA VVOLFGANGI LAZII

Medici ac Philosophi Viennensis, carmen Ioana
nis Le. ndri Silesij.

Quod legio Austriacæ ducibus regionis Alauda
Signa dat, inuentor posteritatis ego.
Hinc uera istius facti ut monumenta manerent,
Signaque Ferdinando talia rege fero.
Candida stella genus signat uirtutis auitæ,
Virtutem galea & picta corona gerunt.
Sex dedit illustres ales Iunonia pennas,
Austria quod pennas alitis huius habet.
Et quibus ornatum ueri testatur honoris,
Virtutis probat lucida signa sua.